33657
III
Mag. St. Dr.

~~114~~ Б. 34 1/168. n. ż. Teatr (Ex VII 3/281.)

CORONA AUREA

Super

MITRAM (a)

ERUDITIO,

Sapientis Filii

ETHELREDI

Regis Angliæ;

Sub Auspiciis

CELSISSIMI PRINCIPIS

MICHAELIS CASIMIRI

RADZIWIŁŁ

CAPITANEI PREMISLIENSIS,

Omnium Coronarum Dignissimi;

Ad

Coronidem

Literarii Ludi,

à Celsissima, Perillustri, Illustri, Prænobili, ac Magnifica Juventute, in RADIWILIANO Nesvisiensi Collegio Societatis JESU,

Actu Metagymnastico

REPRÆSENTATA.

Anno Domini 1724. Pridie Calendas Augusti.

VILNÆ Typis Universitatis Societatis IESU.

(a) Eccles: 45.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

1114

In Avita Celsissimæ RADIVILIANÆ DOMUS DECORA.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
33.657 III.

I.

Fert ales lituos, Aquilam fert buccina triplex;
Principis hinc toto, Nomen in orbe sonat.

II.

Mars nuper dubius, prudens Bellona, Diana,
De RADIVILIIS dimicuêre tubis.
Sunt Litui nostri, sævus Mars inquit ab alto:
Esse suos Lituos, celsa Diana probat.
Improbat hanc subitò, raucâ Bellona loqvelâ:
Atq; suas dicit, non sinè jure, tubas.
Subrisit Jupiter, Lituos speculatus, & inqvit:
Non Litui Martis, non Tuba Vestra Deæ.
Pectore fert Lituos Ales, qvi fulmina portat,
Cùm mea sit Volucris, jam tuba terna mea.

DEDICATIO.

NOn ſolùm Sarmatiæ, ſed & univerſi Orbis digniſſime Coronis, etiam Auream ſuſcipe, quâ Pallas Tua, Ducales redimit plantas, PRINCEPS CELSISSIME. Grande enim faſtigium, vel in ipſo geris calcaneo, quod Tua merita, factis Majorum conſimilia, adeò ſublimârunt, ut ipſa tranſcendat Sideconſimilia, adeò ſublimârunt, ut ipſa tranſcendat Sidera, Empireô coronandum. Deorum quondam fuêre inſignia diademata, nunc Regum ornamenta. Regalem vultui & moribus conceſſiſti Majeſtatem, doctas prehende cydares, altiùs ipſâ gloriâ ſublimandus, quemcunq; enim co-

coronarium, cingit aurum, Rex est, aut DEVS. In Corona RADIVILIANO Nomini & Honori addictorum, optimè resplendet aurum, quod non de visceribus montium Arabiæ, sed de cordium eruitur penetralibus, ut suum ambiat MECÆNATEM; non enim metalli fulgor, splendidiorem addere Tibi nitorem valet, cùm totus Aureus sis. Aurum auro additur, Aureo PRINCIPI, Corona aurea præsentatur, non sinè mysterio; nam super Mitram Tuam coronatum AVGVSTI secundi quiescit Caput, ita, ut Te solô Atlante fulciri velit: & quia in CAROLO IVSTO progenitore Tuo, FILIVM intuetur; in FILIO vivum prototypon Patris, justè Magnum Te admiratur, & ut delicium Regum amat & hamatur. Nisi RADIVILIANA Domus esset Augusta, nunquàm Augustos in sui traheret cultus. De Tullo Sangvine nata, & Deorum succolantibus manibus in aprico Gloriæ constituta, hinc primum in primo, secundum, imò secundissimum in Secundo AVGVSTO meruit Oculum; ita, ut Orbis Europæus timens metiri gloriam RADIVILIANÆ CELSITVDINIS, Coronatam Ducalem Mitram in BARBARA de RADIVILIIS Sarmatiæ Domina, prono veneraretur vultu, & ut universũ famâ Vestrâ impleret Orbem, plùs quàm Stentoreâ exclamaret voce AQVILAS RADIVILIANAS, Lechicis sociatas, esse Augustissimas, cùm AVGVSTOS in sui pellexerint amorem, eò feliciori omine, quia captando ut muscas adversas Aquilas, Alitem Poloniæ sublimârunt. Quare ne beneficium scriberetur in aqua, aut aëre, Sarmaticus ales Carpatios petiit colles, facinora RADIVILIANÆ PROSAPIÆ, cautibus ad perennitatem insculpturus. Postquàm verò Honori Vestro, explicatis

ala-

alarum applaudit labaris, Auſtriacas excivit Alaudas, quæ mox Panegyres cecinêre, Cæſarum auribus & cordibus inferendo RADIVILIOS. *Angliæ Leones, per tot viarum tractus, & inhoſpiti maris ſinus, ſponte neè cucurrêre, ut coronis ſuis abblandirentur Mitræ, Mitræ inquam* RADIVILIÆ, *quæ in Archiducibus Auſtriacis & Bavaris, Sveciæ inſignia, titulos Daniæ, totiusq; Europæ decora, ita collegit, ut præter Coronas, Cæſarum, Regum, & Principum Sangvinem, Virtutum congeriem benemeritorum in Patriam, Cives, & ſidera, nihil ferre videatur. Sat amplum Gloriæ Tuæ theatrum, univerſus intuebatur Orbis, antequam primam intueri Lucem conceſſit Lucina, majus tamen modernum ſæculum admiratur, quia non ſatis Tibi fuit, Cæſarum, Regum, & Principum longiori tractu Sangvinis gloriari, niſi etiam Proavunculũ Sereniſſimum* IOANNEM *tertium Monarcham Poloniæ, haberes coronatum.* IOANNES *Gratianus Lechicus Charitum Te cinxit chorô, in* CELSISSIMA *Avia Tua, Sorore ſua, quæ cùm Mater redimiret* CAROLVM *Progenitorem Tuum, Tu quoq; ſuppoſuiſti verticem habilem ad Coronas. Quis enim aptior tæniis, quàm de Principibus Princeps; Tu es Principum Princeps, quia à Protoparentibus Litvaniæ,* PALÆMONE, HECTORE, VRSINO, *centumq; aliis habens originem, ductum Sangvinis, è* MANV CONGREGATORVM *aſſumpſiſti, ut ipſe eſſes Congregatio omnium virtutum, gratiarum & meritorum Archivum, Gazophylacium theſaurusq; Lechico-Palæmonici Orbis. Vltra Alpes ac Thulen & remotas Thetidos ambages diſtendiſti Famam Stator Poloniæ, manuductrice gloriâ* IOANNIS *tertii, ita ut quæ nati-*

tiones cum Austriaca Metropoli Vienna vocavêre Serenissimum PROAVVNCVLVM SALVATOREM, Te in visitatione exterarum gentium, futuri SALVATORIS (quem Polonia antemurale Christianitatis, pariet absq; dubio) apellarent PRÆCVRSOREM. Præcurres tamen omnes Nominis & Famæ celebritate, quia re & Nomine SALVATOR populi jam videris. Assvetum Togæ Sagoq; imitaris IOANNEM tertium, parem utrobiq; RADIVILIORVM Virtutem probans. Expetunt Te ac expectant Senatoria Laticlavia Consum, Consilia Nestorem, Sacraria Numam, Patria Fabium, Scientiæ Platonem, Sangvineus Bellonæ Campus Martem, Iustitia CAROLVM, & habebunt, non enim tam duræ indolis es, ut voces precantium non exaudias, & vivum omnium dotum exemplar in corde & factis non effabrices. Et hæc est Summa Tuæ Laudis, quòd propriarum virtutum cingaris Coronâ. Turpe enim est Aboriginum gloriari factis, si ipse fastos non impleas; indecorum Vetusto Sangvinem ducere ab Inacho, & suum in perennaturæ ætatis memoriam non inducere. Habuit hoc & habet RADIVILIANA Domus, quòd nunquam alienô egeat purpurissô, ipsa suæ gloriæ ornamentum, quam de Consule Consul, de Principe Princeps, propriis adornat benemeritorum impensis. Sat abundè dilatâstis Famam, & vel inde, Augustissimorum, Serenissimorum, Celsissimorum Colligatione, Ducalem adornâstis Mitram, quam ultrò speciosissimi exambivêre tituli, videntes jam rectefactis coronatam. Multas numerabat antiquitas vittas, quas vitæ Civium, pro vita sustentata Patriæ consecrabat, non tamen omnibus, omnes cessêre in præmi-

um,

um, Muralis unius coronabat Caput, sed non Civica, & quem Civica comebat ut Cynthium, huic coronandis æstibus Oceani defuit Navalis, quodsi & hanc favorabilis Fortunæ dextera, dedicavit, adhuc tamen splendidior aurô, Sapientiæ pretium defuit laurus, nec mirum, divisa enim Deorum munera beatos efficiunt homines. Verùm Tu collecta tenes in unum decora, CELSISSIME PRINCEPS; & si Majorum Tuorum factis oculos commodemus, maiora maximis videbuntur, & probabuntur. Non enim RADIVILIORVM Prosapia unâ satiatur Mitrâ, quæ per introsumptionem tot vivit Coronarum, quot eam benè meritorum adornat unionibus. Celsissimum Ornamentum Capitis Tui Olympus est, in quo regnatrices nidificant Aquilæ, omne decus conferendo. Vidit hoc Orbis à tot retroactis sæculis in Celsissimis Aboriginibus, qui Senatoriis præfulgendo purpuris, non erubuêre coram Patria, Mareschalcales Scipiones efformavêre in bases & sustentacula ruituræ Sarmatiæ, Cancellariis gemmis fatorum obsignavêre vicissitudines, clavibus Thesaurariis,

Ferrea belligeri clauserunt limina Jani. *Lucanus.*

Clavas extorserunt Herculi, ut infesta Hostium monstra propulsarent, Serpentes in cunis malè seminatæ discordiæ eliderent, Stymphalides, Hæresum, atterent felicissimè. Verùm frustra ad computum revoco sidera, quorum numerus nullô unquam terminatur calculo: jam æternitas circulô suô fulgentia meritis incluſit lumina, quæ protervis obtutibus attentare, & leves illuminare paginas, piaculo grandi non absimile. Satis erit, si de tanta stirpe Deorum aliquot pro-

duxero NICOLAOS RADIVILIOS, *qui uti* ORDINATI, *omnia in ornamentum Mitræ Celsissimæ ordinârunt diademata. Et in primis* NICOLAVS PRIMVS RADZIWIŁŁ *Dux bellô & pace clarissimus, ut hostes propulsaret, Cives servavit, Grodnam, Novogrodecum, Drohicinum, Brestiam, Mielnicum erigendo, unde monumentum sui in cordibus reliquit Littavorũ. Non degener* FILIVS NICOLAVS *secundus, Magnis passibus vestigia secutus Patris, non potuit à gloriæ scopo aberrare, cùm esset secundus. Virtutem bellicis adjunxit facinoribus, non ignarus artis omnigenæ & Martis esse Magistram, quæ ubi pulchrô fœdere sociatur armis; antequam feriant jam timentur, cùm ante ictum solô terrore exaniment inimicum. Hic sub* CASIMIRO REGE IAGIELLONIDA *ad Homel Orientalem funestavit barbariem, ita, ut putaret, jam sibi vitæ occidisse auroram, nisi crassiores Ægyptiacis tenebras, ingeniosus simul, & fortis Heros pace dissipâsset. Alexandro Macedoni non absimilis* NICOLAVS *tertius,* ALXANDRI *Monarchæ Poloniæ delicium, omnium honorum scopũ præ se tulit, nullum tamen etiam rogantem suscepit, quin fastum excluderet, ratus tutiùs in ardua per gradus feciſſe ascensum, quàm inflatæ mentis nisu præcipitari. Hinc lentô passu prævenit Aquilas ad Honores, cùm post Pocillatoris M. Ducatûs Litvaniæ Dignitatem, Trocensi & Novogrodensi Provinciæ ut Summus præfuit Arbiter, demum Palatinus Vilnensis Vrbem intravit Gediminiam, felicitatem Civium Cancellariâ simul Consignans gemmâ.* NICOLAVS *qvintus Cancellariatûs Togæ & Palatinis fascibus, quibus Metro-*

po-

poli Litvaniæ jura dabat, sociavit Martem. Prodigium fortitudinis in eo, ut Duce Exercituum, admirabatur AVGVSTVS secundus, adversæ acies venerabantur. Absq; bello vincebat, & antequam reboantium tormentorum inaudirentur tonitrua, fulminibus Thracicos præveniebat Gigantes, Anno enim Domini, millesimo quingentesimo quadragesimo nono, solâ famâ adventûs sui, numerosas Barbarorum phalanges, præmisit ad Tartarum. Et quia sæpe feliciùs Mars ingeniosus, quàm ferreus, juga imponit Capitibus; in Livonica expeditone Catonem egit, Sangvinem Christianum servaturus, postquam argumentis ad hominem, convicit Burstembergum Magistrum Crucigerorum; qui victus non acinace, sed ingenii acie, Litvaniæ adjunxit Livoniam. NICOLAVM septimum annus ætatis 21. Mareschallum M. D. L. suspexit documento Orbi, non effœtis senecionibus, sed virtutibus deberi Scipiones, quæ quandoq; in primis vitæ adolescunt incunabulis. Egit hic sub AVGVSTO secundo jam Palatinus Vilnensis & Cancellarius Mercurium, ad Imperatores CAROLVM quintum & FERDINANDVM, totiusq; Augustæ, SARMATICVS CYNEAS, oculos atq; ora convertit, quæ eum tunc primùm Celsissimâ coronavit Mitrâ, nunquam enim Polona loquitur eloquentia, quin cidares efformet Capitis Coronarias. Iam PRINCEPS SACRI ROMANI IMPERII, imperium in Rigam & ditiones ejus dedit AVGVSTO secundo, ter Livonicam expeditionem propriis stipendiis peragendo. Octavus NICOLAVS miraculum Principum, Sapientum Græciæ, qui rosas loquebantur pro verbis, vendicat lingvas

& calamos, nunquam satis evehendus, cujus ut Harpocraticô silentio præteream laudes, sufficit dixisse, quòd talem Principem

Nec Latiæ cecinêre tubæ, nec Græca vetustas.

Summi Honoris, summam præposuit Sanctitatem, erexit multas Templorum moles, per quas ascenderet in Olympum, utq; altiùs assurgeret, minimæ Societati exstruxit Corporis CHRISTI Basilicam & Collegium, quod Amplissimus Mecœnas, dotavit munificentissimè. NICOLAVS nonus Prudens Æstimator rerum, quia Sapientiæ exhausit Castalum, flumina Eloquentiæ sociando, ubi verò Aristotelico se dedit Eurippo, & publicè eruditam naumachiam defensurus, Theses instituit in Academia Herbipolensi; spem excitavit Patriæ, quam tamen præpropere invida tumulârunt fata. Vides PRINCEPS Celsissime, quanta Majorum Tuorum decora, quis meritorum fulgor. Quodsi ad calculũ revocare universos RADIVILIANÆ Domûs HEROAS præsumeret penna; Oceanus in sepiã non sufficeret. Omnes hi Mitram Tuã coronârunt meritorũ diadematibus, cùm vivant in Te. Quemcunq; requires hac de stirpe natum, invenies coronatum, tot Cidaribus, quot meritis. Non desunt Laureæ, Obsidionales, Navales, per RADIVILIOS enim Patria sapit, conservat cives, vincit & non vincitur. Ad has itaq; tænias addimus auream, quâ redimitus Honorum decuras Olympia, quousq; pervenias ad summum, licèt summo Principi nil sit summum. Ingredere Appiam, ab Aureis virtutibus & talentis Aureliam, à Sangvine CELSISSIMO Flaminiam, donec ad Sonitum Tubarum Tuarum, manibus Sarmatarum, pennis Aquilarum, Throno Poloniæ inferaris. Ita precatur

Devinctissimum TUO NOMINI & HONORI

Nesvisiense Societatis IESU Collegium.

ARGUMENTUM.

QUos honorum Mater Sapientia erudito coronavit diademate, illis etiam Regnorum cidares hæreditariô deberi jure, non ſolùm Literarii ludi eſt deciſio, verùm & unctorum DEI, qui oleum ſapientiæ, magìs coronariô Regum præferebant aurô. Talis fuerat æſtimator impalleſcentium ad Cleantis Lucernam Virorum, inæſtimabilis, quia Sanctorum inſcriptus albo, Ethelredus Rex Angliæ, qvi volens uni ex duobus filiis reſignare Imperium, ſortes eorum ſignavit in ſcriniis. Duas quippe juſſerat præparari ciſtas, Regnum uni ex duabus incluſurus. Prima erat multô referta aurô, & inæſtimabilibus unionibus, altera ſola continebat volumina, quibus tamen inſcripta fuerant nomina Regum, nempe diplomata, Regnum ultrò deferentia. Vocantur Filii, electione ciſtarum, in Reges eligendi. Natu itaq; major gravem ab auro prehendit loculum, in quo ſpes omnes, præter ſpem obtinendi tumulavit Imperii; minor leviorem ſuæ applicat Spartæ. Recluditur à Majori portatile ærarium, & tumidum faſtu diſtendit caput, quòd aureis manibus deberi ſceptra præſagiebat; hinc illuditur minor frater à majore. Sed ubi etiam minor frater jubente Progenitore electam reſerat ciſtam, in libris reperit Regnum, poſtquam juridicæ ceſſionis intuitus inſtrumenta, avarum confudit fratrem, feliciterq; Sceptris doctam ſociavit manum. *Aloyſius Sandæus.*

ARCHIPROLOGUS.

ANglia filium Ethelredi Regis (quem hic nominamus Androldum) deprædicat, cui coronando offert Cidarim, Sapientibus Coronas deberi aſſerens. Polonia verò omnes Radivilios natos ad diademata declarat, præcipuè verò Celſiſſimum MICHAELEM RADZIWIŁŁ Capitaneum Præmiſlienſem.

PROLOGVS.

TRedecim NICOLAI RADIWILII Ordinati, in uno Celſiſſimo MICHAELE RADZIWIŁŁ omnes intuentur virtutes. Alter verò Veſpeſianus Literarum amantiſſimus Octavus Nicolaus, Fundator Scho-

larum Neſviſienſium maximè deprædicat amorem Bibliothecæ Celſiſſimi MICHAELIS RADZIWIŁŁ, cujus Genium coronaturi deducunt in domum Sapientiæ, in qva Septem columnæ apparent, Zeuxidis penicillô Juſtitiam, Temperantiam, Prudentiam, Clementiam, Fortitudinem, Conſtantiam, Amorem erga Patriam, Auditori repræſentantes, cum inſcriptione: Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.

INTERLVDIVM.

ACTUS PRIMUS.

Scena I. Ethelredi Regni Angliæ minorem natu filium, Androldum ê portatili Bibliotheca varios evolventem libros inviſens Rivaldi (qvondam Pædagogi) umbra, arcanô alloqvitur diſtichô: *Aſſimilis* (b) *Grotiæ te tollet in ardua ciſta, Non fies liber, cum premet ipſe liber.* Perpendens Cælici planè incolæ verba, talem ex præmiſſis infert conſeqventiam, libros libertatem ſibi adempturos. Unde minuit, non tamen omnem literarum exuit amorem.

Scena II. Adhuc Myſticos ſenſus ruminante Androldô, advenit Major natu frater (qvi nunc erit Ulredus) in ſuas partes pertracturus minorem, nempe è ludo literario, ad pueriles ludos, à Libris ad Liberum Patrem, additq; ironicè exſibilans ſcientiam: *Eſt Major Domino bibliotheca ſuo.* Qvod non de alia cauſa facit, niſi ut Androldum ingratum reddat Ethelredo, qvi ſtudiô literarum filii delectatus, magna præſagiebat, & ſic adeundi Regni ſpem præcluderet.

Scena III. Androldus gratiarum actione Vlredi penſans perſvaſionem, fatetur habuiſſe ſe revelationem, per libros libertatem ſibi adimendam, non tamen poſſe deſiſtere à ſtudio literarum, ſinè prævia deliberatione. Quibus auditis Ulredus valedicit fratri, per mille fraudes, eum à ſtudio eruditionis dimoturus

Scena IV. Obvius Ulredus technarum ſocio Fulmundo nunciat, nondum de toto ad deſerendas literas inclinatum Androldum, ſed jam Regiam patere viam deſidiæ, modò Authoritatem Ethelredi velit interponere, deferendo confictum mandatum, ut à ſapientiæ ſtudio, veluti filios Regum dedecente, deſciſcat celerrimè. Promittit ſe imperata facturum Falmundus, & in ſponſionem obligatæ fidei tranſmutant annulos. In quorum uno, qvem Ulredus accipit, talis apparet character: *Tuum Regnum in auro.* unde aurea ſperat Sceptra. In altero, jam nunc Falmundi, teſtudo cum inſcriptione: *Eſt huic in tetro carcere lenta qvies.*

Scena V. Falmundus confícta deferens mandata, ingratè ab Androldo ſuſcipitur, utpote jam in alium commutato, ex lectione libri Proverbiorum, in qvo Sapientia Regnis, Regum gratiis, & divitiis præfertur. Statuit enim firmiter, etiam cum diſcrimine vitæ ſuæ, adhærere Palladi, applicans ſibi hæc verba: *Mihi Tullianum fiet auratus thronus.* Falmundo verò: *Tibi ſed aurum Carceris dabit locum.*

Scena

(b) *Belgicus Senator Grotius, ob ſuſpicionem perduellionis mancipatus Carceri, à cuſtodum obtinuit Præſide, ut liceret ſcrinium, ſeu portatilem deferri bibliothecam, cui ſe incluſit & à famulitio elatus. Bieierlink titulo Carcer.*

Scena VI. Accedens Ulredum Falmundus, refert Androldum Regnis & divitiis præpoſuiſſe ſapientiam, à cujus ſtudio nunqvam ſe defecturum appromittit. Ulredus ergo relicto ad ulteriorem eventum Falmundo, mendaciis aggreſſurus Androldum, curiam petit Ethelredi.

Scena VII. Cui denunciat, audiviſſe ſe à digniſſimo fide, Androldum in bene cœptis ſtare nolle, & jam à cura eruditionis, ad incuriam & otium tranſiſſe. Commotus Ethelredus, ſubitaneæ filii indolet mutationi. Poſtquàm verò Ulredus aſſentatoriè abblanditur, ardentiore uritur ſpiritu, ſed inqviſitionem ad breve tempus differt, inqviens ad caſtigandum Androldum, & laudandum Ulredum: *Ulredus aurô dignior Androldum domans.*

INTERLVDIVM.

CHORUS.

EX occaſione liberati Androldi, Polonia & Lithvania per RADIVILIOS libertatem ſuam multoties defenſam aſſerunt tam armis, qvàm conſilio. Demum Aqvilæ diem (qvæ deſignat, ſi ſerena fuerit, futuram ubertatem, & lætas ſegetes) in cælo intuentur. Ad qvam Sarmatica Aqvila examinatura obtutum advolat: unde inferunt Aquilas RADIVILIANAS ſociatas Sarmaticis, ubertatem triumphorum ſibi allaturas.

ACTUS SECUNDUS.

Scena Ima. Ethelredus in Corona Principum inconſtantem genium incuſat Androldi, quem Ulredus ſiniſtrè accuſando, dextrè excuſat. Falmundus verò ut teſtis oculatus otii Androldi, (ut vel hinc dolos texat caſſes,) facilè ſpondet ad priſtina rediturum ſtudia, dummodo authoritas paterna filio innoteſcat. Mittitur itaq; ipſe cum mandato reſumendæ diligentiæ ab Ethelredo, & ad conciliandam fidem, annulus aſſimilis Pyrrhi, quia novem muſas in pala referens, oſtendendus Androldo præbetur.

Scena 2da. Conveniens Falmundus Androldũ, mandata Ethelredi invertit, jubens moleſtam librorum relinqvere lectionẽ, ſed fidem non invenit, ad quam conciliandam, præſentat annulũ, non tamẽ Ethelredi cum novem muſis, verùm illum, quem ab Ulredo acceperat, Symbolum pigritiæ, imaginem nempe teſtudinis referentem. Androldus intuitus annulum, tacitus, Fratris eſſe non Patris agnoſcit, quo retento ob ſuſpicionem fraudis, per faventes ſibi milites mancipat carceri Falmundum, qui illa verificari putat: *Eſt huic in tetro carcere &c. Tibi ſed aurum. &c.*

Scena 3tia. Incuſans in facie Principum Ethelredus fractos annos, de creando ſucceſſore qvæſtionem movet. Advenit interim Ephebus Androldi, ſigillumq; Falmundi Ethelredo reddit. In qvo teſtudinem conſpicatus Ethelredus loco muſarum, nulli oſtenſô annulô, tacitus commovetur. Poſtqvàm verò interrogat de Falmundo, & incarceratum inaudit, Androldum ut jugum obedientiæ excutientem, eodem arctari jubet, Falmundum verò dimitti. Qvam Spartam ſupplicantibus Sena-

toribus pro libertate Androldi, demandat Ulredo, ſimulatè Patrem deprecanti.

Scena 4ta. Incarceratur Androldus ab Ulredo, ſed eam ob culpam, qvòd ſtudiis navet operam, qvi illa patuiſſe putat: *Aſſimilis Grotiæ &c. Non fies liber. &c. Eſt Major Domino bibliotheca. &c.* non tamen deſperat, repetens: *Mihi Tullianum fiet auratus thronus.* Falmundus dimittitur, & ut vanus ſuæ ſortis augur ingeminat: *Eſt huîc in tetro Carcere &c.* Ulredus verò plenus ſpe adeundi Regni, tripudiat refricando inſcriptionem annuli. *Tuum Regnum in auro.* & Parentis verba: *Ulredus auro dignior. &c.*

Scena 5ta, Falmundus jam liber, nè qvid ex incarceratione Androldi in Caput ſuum cudatur per Ulredum, qvem aliqvando offendit, ſtatuit privatim technas ſuas, excluſô tamen Ulredo, aperire Ethelredo. Qvare adit Ethelredum, fatetur ſe alia dixiſſe Androldo, qvàm qvæ mandata fuerant, eam ob cauſam, qvia ſperat eum futurum throni ſucceſſorem, cùm Pater æſtimet eum propter ſtudium literarum, ipſe verò non afficiatur Androldo, utpote minus ſibi addicto. Annulum qvoq; ſuum cum teſtudine, non verò cum novem Muſis oſtendiſſe ſe non negat, ideoq; qvòd otium potiùs perſvaſerit Androldo, qvàm diligentiam, incarceratum fuiſſe. Ethelredus datis monitis Falmundo, ſuam & Filii injuriam piiſſimè remittit; filium verò nondum dimitti jubet, ne præpropere agere videatur.

Scena 6ta. Obſervans diligentiùs Annulum allatum ab Ephebo Ethelredus, cognoſcit eſſe Ulredi, qvem ante aliqvot dies donaverat, caſtigando ejus deſidiam, imagine inſculptæ teſtudinis. Unde ſtruere inſidias Androldo Ulredum animadvertit.

Scena 7ma. Adeſt Ulredus cum Senatoribus, inſcius, jam fuiſſe Falmundum apud Ethelredum, gratias acturus pro ejuſdem eliberatione. Utq; etiam dimittatur Androldus, aſtuta ſupplicat Vulpes, Ethelredo aliquantulum reſiſtente, qvi jam devenerat ex ungve eſſe Leonem Ulredum, morſibus Androldum appetentem. Verùm ubi inſtat, jubetur dimitti Androldus. Ipſe verò in præmium Fraterni amoris, ſed ficti, donum accipit, annulum nempe, qvem dederat Falmundo, hic Androldo, Androldus verò per Ephebum Ethelredo. Digreſſis Senatoribus, Ulredus patefactas ſuas à Falmundo technas intelligit, ubi diutius verſando annulo immoratur. Hinc per ejus interitum, ſibi conſulere ſtatuit.

INTERLVDIVM.

CHORUS.

EX occaſione Ethelredi Coronantis filium, Genius Sereniſſimi IOANNIS tertii Proavunculi, Genium Celſiſſimi Principis Sarmatico Coronat diademate, & SOBIESCIANUM offert clypeum, non vanô auguriô aſſerens, Celſiſſimum Principem futurum ſcutum Poloniæ.

ACTUS TERTIUS.

Scena 1ma. Androldus jam liber ad ſuas ſe confert delicias, nempe

ad

ad bibliothecam, lectioni vacaturus, qvem adveniens præmonet Ulredus, ne prius affectui Patris irati se sistat, quàm placetur. Quo in puncto opem suam spondet.

Scena 2da. Demum convenit Proceres, justificat se ipsum, incarcerationem fratris in Falmundum devolvit. Quem fallacem virum sui nominis asserit, qvasi deceptus ab eo, remissiorem Androldi ad literas animum Ethelredo detulerit; qvem in facie omnium Falmundus exaggerabat. Ideoq; dignum esse, ut etiam præter Ethelredi voluntatem, denuò pro tanto crimine mancipetur. Annuunt Senatores, Authoritatem suam, coram Ethelredo interposituri.

Scena 3tia. Ulredus Patri significat incarceratum esse à Senatoribus Falmundum, propter crimen in Androldum cõmissum, qvia mandata alia proposuerit, loco studii literarum, persvadens desidiam. Hocq; sibi & aliis scelus non aliunde innotuisse, nisi ex ore Falmundi. Assentitur Senatorum voluntati Ethelredus, remissamq; jam culpam Falmundo, altô premit silentiô, timens, ne si spontaneam confessionem & datam veniam Falmundo, revelaret, ut fraudum socius, in notitiam totius perveniens rei Ulredus, Falmundum veluti proditorem suum, perseqveretur usq; ad mortem; demum Androldum Majoribus appeteret machinis.

Scena 4ta. Obtento consensu Ethelredi, nunc demum Ulredus, æternô Falmundum damnat Carcere, & relegatô milite, exprobrat inhabilitatem ad factiones. Hìc ænigmaticum illud evolvi putat Falmundus: *Est huîc in tetro Carcere &c. Tibi sed aurum &c.* Ulredus verò Senatoribus denuncians incarcerationem Falmundi, Patrem approbâsse, Androldum invisit; & jam pro certò sperans Coronam Angliæ ex illis Genitoris Verbis: *Ulredus aurô dignior, &c.* Sitim eruditionis consequenter extingvere conatur.

Scena 5ta. Ulredus coram Ethelredo delationem suam priùs de Androldo factam, imponens Falmundo, qvasi ab illo defectionem fratris à literis audîsset, summis Androldum celebrat præconiis, asserens ita illum amore flagrare Eruditionis, ut eam Regnis præponat. Si velit, probaret Genium & ingenium Androldi, & certè videbit illum magis delectari libris, qvàm gazis. Placuit Patri Androldi probatio, brevì pudore Ulredum suffusura. Ideoq; examini jubet adesse Androldum.

Scena 6ta. Deducitur Androldus ad Ethelredum, suamq; vult excusare innocentiam, sed inhibetur à Patre, eam tacitè è multis eventibus approbante. Mentione solùm facta de successore throni, Senatorumq; obtentô consensu; ne fiat inter fratres dissensio, necessum esse ait, ut futurus Rex sorte sibi acqvirat Imperium. Assentitur fraudulentus Ulredus, nec Senatores improbant, solus Androldus tacet.

Scena 7ma. Adferuntur itaq; duæ cistæ, una in qva volumina, altera in qva pretiosissimæ qvæq; res asservabantur, & electioni proponuntur fratrum. Ulredus, alter Mydas flagrans Regni & divitiarum orexi, ubi se reflectit ad illud Parentis dictum: *Ulredus aurô dignior. &c.* Onustum aurô & gemmis prehendit scrinium. Androldus verò portatili Bibliothecæ apponit manum. Aperit Ulredus suam cistam, Conspicatusq; inæstimabile pretium, putat gemmas & aurum, sibi conferre

Sceptra. Hinc mordax Ariſtarchus ſinè omni fronte, deridet Androldum. Verùm miſcentur mediis gaudia luctibus, poſtquàm mandante Ethelredo, Androldus ſuam inſpicit ſortem: nam apertâ ciſtâ legit inſcriptionem: Regnum Sapientum, demum diploma Regni deſignans ſucceſſorem invenit. Hìc ſuis ſe captum fraudibus altùm ingemit Ulredus, evoluta præſagia nunc demum aſſerens: *Tuum Regnum in auro &c. Ulredus auro dignior &c.* Androldus verò vaticinium umbræ Rivaldi verificatum agnoſcit: *Aſſimilis Grotiæ &c. Non fies liber. &c.* Nam per portatilem Bibliothecam aſcendit in Ardua honoris, nec eſt liber propter libros, Regius enim honos eſt magnum onus. Monoſtichon qvoq; Ulredi ironicè dictum: *Eſt Major Domino Bibliotheca ſuo.* Qvia Coronam auream Mitrato confert Principi Bibliotheca, cum verbis ipſius Androldi elucidatur: *Mihi Tullianum &c.* Nam ex Carcere in Thronum aſſumitur, & applaudentibus Choraulis, ab ipſo coronatur Patre, omnes & ſingulos edocente, non alios eſſe poſſeſſores Regnorum, niſi Sapientes.

EPILOGUS.

PAllas Neſviſienſis altiori Gradu ſuos præmiatura Aſcanios, lauris onuſtam præfert manum, qvas ad plantas Celſiſſimi deponens Fundatoris, munificentiam deprædicat, ſæculis Coronandam.

Ad
M. D. T. O. M. G. B. V. M. S. L. C. O. Honorem. Singularem S. Patris Ignatii Studiorum Reſtauratoris Venerationem.

ARGUMENT.

KTorych Mądrość, dowćipną uwieńczyłá Koroną, tym Krôlewſkie Zaſzczyty, berłá y Korony, wiecznym práwem, nietylko pierwſi w Senaćie Pallady Konferuią Katonowie, álе też y Monárchowie świátá, ktorzy mądrość nád złotą głów Krolewſkich przenośili cyrkumferencyą. Tákim był Eſtymatorem przy świátle kleanteſa wyćięczonych Mężow, wſzyſtkie przewyżſzáiący ceny, bo w Swiętych ingroſſowány KomputEthelredus Krol Angielſki, ktory chcąc jednemu z dwuch Synow rezygnować Páńſtwo, ſzczęśćie ich zátáił w ſkrzyniách. Dwie álbowiem kazał udźiałáć ſkrzynie, áżeby w jedney cáłe zámknął Krôleſtwo. W jedney wſzyſtkie zoſtáwáły Bogactw nieoſzácowane metalle, diámenty, y perły: Druga ſámemi tylko záſzczycáłá ſię Kśięgámi, ná ktôrych były Tytuły wypiſane Krolewſkie, to jeſt dyplomata Kroleſtwo ofiárujące. Stáwáią záwołáni Synowie, áżeby wyborem ſzkátuł, ſámi ſię obráli Krolámi. Więc Stárſzy w lećiech nie ták ſkrzynię, jáko ćięſzką od złotá obiera trunę, w ktorey wſzyſtkie nádźieje, nád nadźieię pogrzebł: Młodſzy lekką applikuje ſobie. Otwarza ſtárſzy obrotny ſkárbiec, y oraz nádętą ſumámi rozpiera głowę, ktora złotym rękom, berłá przyſadzáłá; á ztąd młodſzy brát, w krytyczne ſtárſzego popada śmiechy. Wſzákże gdy zá mandatem Oycá młodſzy obráną otwarzá ſkrzynię, w kśięgách znayduje Krôleſtwo, gdy inſtrumenta Ceſſyi dobrze ſporządzone obaczy, uſzy łákomego záwſtydza brátá, ſzczęśliwie z berłem mądrą kolligując práwicę. *Aloyſius Sandæus.*

ARCHIPROLOG.

ANglia Syná Ethelredá Krolá (ktorego zowiem Androldem) wychwala; ktoremu ofiáruje Koronę, deklarując: iż mądrym, głów Krôlewſkich należą Zaſzczyty. Polſká záś wſzyſtich RADZIWIŁOW zgodnych Piáſtunow Koron odpowiáda, zwłaſzczá, Jáśnie Oświeconego Xiążęćiá MICHAŁA RADZIWIŁA, Stároſtę Przemyſkiego.

PROLOG.

TRzynaſtu MIKOŁAJOW RADZIWIŁOW Ordynatow, w jednym Jáśnie Oświeconym MICHALE RADZIWILE, Páńſkim okiem wſzyſtkie widzą cnoty. Drugi záś Weſpazyan, głow mądrych Mecœnas Oſmy MIKOŁAY, Fundátor Nieświſkich Aten, naybárźiey affekt ku bibliothece Jáśnie Oświeconego MICHAŁA RADZIWIŁA wywyżſza. Ktorego Geniuſzá chcąc uwieńczyć, poſuwáią Páńſkie kroki do Páłácu Mądrośći, w ktorym ſiedm Kolumn widźieć, á te dowćipnego Zeuxida ſztukà, Sprawiedliwość, Wſtrzemięźliwość, Roſtropność, Łáſkáwość,

wość, Męstwo, Státek, Miłość ku Oyczyźnie, Auditorowi prezentują, z inskrypcyą: Mądrość zbudowáłá sobie Dom, wyćiosáłá Kolumn siedm.

INTERLVDIVM.

AKT PIERWSZY.

Scena Pierwsza. Ethelredá Krolá Angielskiego, Młodszego Synáá Androlda, z skrzyni roznych dobywáiącego Kśiąg, náwiedzáiąc Riwaldus już umárły, (ktory przedtym był Pedagogiem) tym kompelluje wierszem: *Assimilis* (b) *Grotiæ Te tollet in ardua Ciśta, Non ſies liber, cum premet ipſe liber.* Uważáiąc Niebieskiego práwie Mężá słowá, táką wnoši Konsequencyą, iż kśięgi máią mu odebráć wolność. Z kąd lubo się niewyrzeka nauk: przećięż trochę ná estymácyi onych szwánkuje.

Scena Druga. Do uważáiącego Androlda skrytych słow táiemnice, przychodźi stárszy brát (Ktory teraz będźie się zwał Ulredem) ná swoje chcąc przekręćić koło, to jest od pilności nauk, do bágátel dźiećinnych, y szkodliwey wolności przywodząc, y oraz śmieiąc się z Mądrośći, przydáie z Akcentem ironicznym: *Eſt major Domino bibliotheca ſuo.* Co nie z inszey rácyi czyni, tylko żeby Androlda miłego Ethelredowi Estymatorowi nauk, ktory Synáá z dowćipu szácował, y wiele o nim trzymał; z áffektu zbił, tym sámym drogę do Tronu zágrádzáiąc.

Scena trzećia. Androldus podźiękowawszy Ulredowi zá perswázyą, przyznáje się do miáney rewelácyi, w Ktorey treść nie insza byłá, tylko że Kśięgi máią sobie wolność odiąć, wszákże bierze ná deliberácyą, mali, ábo nie, porzućić náuki. Usłyszawszy to Ulredus, żegna Brátá, przez tyśiąc zdrad chcąc Androlda oddalić od nauk.

Scena czwarta. Spotkawszy Ulredus pobratyma zdrad Falmunda, oznaymuje mu, iż Androldus jeszcze nie ze wszystkim affekt do náuk stráćił. Wszákże już bitą drogę do weyścia pokázuje lenistwu, jeśli Oycowska zaydźie requizycya, gdy Falmundus zmyśli, jákoby Ethelredus Androldowi zákazywał nauk. Podeymuje się ná wszystko Falmundus, ná znák dotrzymania wiáry zamieniaiąc pierśćienie. Ná jednym ktory Ulredus bierze, táki widźieć charákter: *Tuum Regnum in auro.* Z tąd złote sobie obiecuje berłá; ná drugim, ktory już teraz jest Falmunda, żołw z inscripcyą wabi oczy, ktorá jest ta: *Eſt hûic in tetro carcere lenta quies.*

Scena piata. Falmundus zmyślone przynoszący roskazy, nie miłe u Androlda znayduje przyięćie, Ktory z czytánia Kśiąg Proverbiorum, gdźie nád Kroleſtwá, Krolow łáski, y bogáctwá przenoši się mądrość, postánawia: Z niebespieczeństwem żyćia swego bárźiey ápplikować się do nauk, stosuiąc te słowá: *Mihi Tullianum fiet auratus Thronus.* Falmundowi záś: *Tibi ſed aurum Carceris dabit Locum.*

Scena szosta. Przyszedszy Falmundus do Ulreda, dáie znać, iż Androldus bárźiey niż Kroleſtwá y bogáctwá poważa mądrość, więc Ulredus zostáwiwszy na dálszy event Falmunda, chcąc kłamstwem szárpać Androlda, bieży do Ethelreda.

Scena siodma. Któremu Oznaymuje, iż słyszał od godnego wiáry, jákoby Androldus porzućił nauki. Wzrusza się Ethelredus nád niespodźiewaną Synáá mutácyą. Gdy zás Ulredus pochlebnemi przymilá się słowy, zápala się pomiernie, y oraz inquizycyą ná dálszy czás odkłada, mowiąc ná nagáną Androlda, á pochwálę Ulreda. *Vlredus áurô dignior, Androldum domans.*

INTER-

(b) *Belgicki Senátor Grotius zá rebellizanta miany, y w ſequeſtrze oſadzony, otrzymał od Superintendentá warty, áżeby mu przyniesiono ſkrzynię, w ktorey Kśięgi chował, w tey ſię potym zamknął, y od ſług wyniesiony. Bejerlink titulo Carcer.*

INTERLVDIVM.
CHORUS.

Z Okázyi uwolnionego Androlda, Polská y Litwá, przez RADZIWIŁOW ták wiele rázy obronioną wolnośc swoję, już rádámi, już woynámi, opowiádáją. Potym dźień orłá, (ktory znáczy jeśli jest pogodny, obfitość y wesołe żniwa) ná Niebie upátrują. W ktorym Sarmacki Orzeł probuje wzroku, z kąd wnośi Polská y Litwá, iż RADZIWIŁOWSKIE Orły złączone z Sármáckimi, obfitość przynioſą Tryumfow.

AKT DRUGI.

Scena Pierwſza. Ethelredus przy prezencyi Senatorow nieſtáteczność oſkárża Androlda, ktorego ſkárżąc exkuzuje Ulredus. Falmundus záś, jáko Oczywiſty Swiadek prożnowánia Androlda, (áżeby y z tąd zdrádliwe uplotł ſieći) obiecuje, iż łacno powroći do pierwſzey pilności nauk, jeśli Oycowſka powagá Synowi jáwna będźie. Więc poſyła go Ethelredus z mandatem do Syná, áżeby mądrość nád wſzyſtko eſtymował, dáją̨c pierśćień podobny Pyrrhowemu, z dźiewięć Muzámi, ná pokazánie Androldowi.

Scena drugá. Falmundus przyſzedſzy do Androlda, rozkázy wywraca Ethelreda, intimują̨c, áżeby czytánia Kśiąg zániechał, lecz wiáry nie ma, ktorey probują̨c prezentuje pierśćień, wſzákże nie Ethelreda z dźiewięć muzámi, lecz on, ktory wźiął od Ulreda, Symbolum leniſtwá, żołwiá wyſztychowánego máją̨cy. Androldus obaczywſzy Sygnet, poznawa iż Brátá jeſt nie Oycá; ktory zátrzymawſzy, dla ſuſpicyi zdrády, przez ſprzyjáją̨cych ſobie Zołnierzy wtrąca do więźienia Falmunda, ktory rozumie iż ſię weryfikuje inſkrypcia: *Eſt huic in tetro Carcere, lenta quies. Tibi ſed aurum &c.*

Scena trzecia. Skarżąc ſię przed Xią̨żęty Ethelredus ná ſłábe śiły, o ſukceſſorze ná Páńſtwo wſpomina. W tym przychodźi Pokojowy Androlda, y pierśćień Falmunda, Ethelredowi oddáje. Ná ktorym obaczywſzy Ethelredus wyſztychowánego żołwiá miáſto dźiewią̨ciu Muz, żadnemu niepokazawſzy, ćicho wſobie wzruſza ſię. Gdy ſię záś pyta o Falmundzie, y w więzách być ſłyſzy, Androldá niepoſłuſznego, w tymże więźieniu oſádzić każe, á Falmunda uwolnić. Exekucyą woli ſwojey (lubo Senatorowie zá Androldem ſuplikują) zleca Ulredowi, ktory zá brátem obłudnie inſtancyą wnośi.

Scena czwarta. Wtrąca Ulredus do więźienia Androlda, tylko dla tey racyi, że ſię do nauk applikuje. Więc wſpomina ſobie te ſłowá: *Aſſimilis Grotiæ &c: Non ſies liber. &c. Eſt major Domino &c:* Przećięż nie deſperuje, repetują̨c: *Mihi Tullianum fiet auratus Thronus.* Falmundus uwolniony, płochy ſwego ſzczęśća wieſzczek, mowi: *Eſt huic in tetro carcere. &c:* Ulredus záś pełny nadźiei doſtą̨pienia Korony, ćieſzy ſię, gdy ſię ná inſkrypcyą reflektuje pierśćieniá: *Tuum Regnum in auro. &c.* y Rodźićielſkie ſłowá: *Vlredus aurô dignior &c.*

Scena piąta. Falmundus już wolny, żeby z więźienia Androlda, nie wykował ná głowę jego Ulredus łáńcucha, ktorego przedtym urážił, poſtánawia Ethelredowi zdrády ſwoje dobrowolnie opowiedźieć, niemieſzáją̨c Ulreda. Idźie tedy do Ethelreda, przyznáje ſię, iż inſze mandata zánioſł, dla tey przyczyny, że ſię ſpodźiewa, iż Androldus z łáſki Oycá eſtymują̨cego mądrość, będzie ná Tronie, Ktoremu nie jeſt życzliwy, jáko ſobie nieſprzyjáją̨cemu. Przyznáje ſię też, iż pierśćień ſwoy z żołwiem, á nie dźiewięć muzámi pokazał, zá co był inkarcerowány jáko życzliwſzy prożnowániu, niż Mądrośći. Ethelredus dawſzy admonicyą Falmundowi, ſwoję y Syná odpuſzcza urázę: Syná jednák nie uwalnia, áżeby ſię nie zdał poczynáć gorąco.

Scena ſzoſta. Obracáją̨c pilnie Ethelredus Signet pierwey przyniešiony od Pokojowego,

kojowego; poznawa iż jeſt Ulreda, ktory przed kilką dni dárował, dáiąc tyr prożnuiącemu Ulredowi, obrázem żołwiá. Z kąd domyśla ſię, iż Androldowi nieżyczliwy Ulredus.

Scena ſiodma. Oddáje wizytę Ulredus z Senatorámi Ethelredowi, dźiękuje oraz zá uwolnienie Falmundá, ktory go poprzedźił z wenerácyą. Y żeby był Androldus uwolniony, ſupplikuje: lecz Ethelredus opiera ſię, Ktory poznał Androldá y Ulredá: Androldá niewinnego, Ulredá ſzárpáiącego Androldá. Wſzákże gdy potężnie ſupplikuje Ulredus Ethelredowi, otrzymuje dyſpenſę ná uwolnienie Androldá, ázá nagrodę bráterſkiey miłośći, lub zmyśloney, ofiáruje Ethelredus Ulredowi Signet, ktory Ulredus dał Falmundowi, ten Androldowi, Androldus przez Pokojowego Ethelredowi. Po rozeyśćiu Senátorow, widźi Ulredus iż ſię ſwoie odkryły zdrády, ktora prawdę konfirmuje Signet. Dla tego przez Falmundá zgubę, ſobie rádźić uśiłuje.

INTERLVDIVM.

CHORUS.

ZOkázyi Ethelredá Koronuiącego Synà, Geniuſz Nayjáśnieyſzego JANA Trzećiego, Geniuſza Jáśnie Oświeconiego Xiążęćiá, Sarmacką przyozdabia Koroną, y SOBIESKICH ofiáruje tárczą, nie płonne czyniąc auguria, że Jáśnie Oświecone Xiążę, będźie Páiżą Polſkiego Kroleſtwá.

AKT TRZECI.

Scena Pierwſza. Androldus już wolny do ſwoich wraca ſię delicyi, to jeſt do bibliotheki, ktorego odwiedzáiąc Ulredus, przeſtrzega, ażeby ſię nie pokázywał Oycu, áż ſię da przeprośić, w czym ſam ſłużyć obiecuje.

Scena druga. W tym do Senatorow ſpieſzy, uſprawiedliwia ſię, konfuzyą brátá Falmundowi przypiſuiąc. Ktorego Machiawelem názywa, jákoby od niego zwiedźiony, Androldá Ethelredowi donioſł, ktorego przy wſzyſtkich Falmundus ſkárżył. A zátym zá godną być rzecz ſądźi, ázeby nád wolą Ethelredá znowu był więźiony. Zezwalaią Senatorowie, gotowi przed Ethelredem zá to odpowiádáć.

Scena trzećia. Ulredus oznaymuje Rodźicowi, od Senatorow w więźieniu oſádzonego Falmunda, dla wyſtępku przećiwko Androldowi popełnionego, że nieaffekt perſwadował do nauk: o ktorym ſam, y drudzy z uſt dowiedźieli ſię Falmundá. Woli Senatorow ſwoię łączy Ethelredus, o odpuſzczoney Falmundowi winie miłcząc, ázeby dowiedźiawſzy ſię o wſzyſtkim Ulredus, niemśćił ſię ná Falmundzie, y Androldá bárźiey nie prześládował.

Scena czwarta. Otrzymawſzy Konſens od Ethelredá, dopiero Ulredus Falmundá w wieczne wtraca więźienie, á odeſławſzy żołnierze, wymiata mu ná oczy niezgodność do fakcyi. Tu Falmundus przypomina ſobie owe prognoſtyki: *Eſt huic intetro carcere &c. Tibi ſed aurum &c.* Ulredus záś opowiedźiawſzy Senatorom, iż Ethelredus approbuje Senatorow poſtępek w więźieniu Falmundá, do Androldá ſpieſzy, y już zápewnie ſpodźiewáiąc ſię Korony Angielſkiey z ſłow Rodźićielſkich: *Vlredus auro dignior &c.* znowu Androldowi gáni nauki.

Scena piąta. Ulredus przed Ethelredem delacyą ſwoię uczynioną ná Androldá przypiſuiąc Falmundowi, jákoby od niego, o nieſtátku dowiedźiał ſię brátá Androldá barzo chwali, przyznáiąc: iż ták prágnie mądrośći, że ją nad Kroleſtwá przekłada. Jeśli chce, wolno ſprobować Androldá, á pewnie obaczy, że bárźiey ſię delektuje Xięgámi, niż bogáctwy. Podobáłá ſię Rodźicowi probacya, ktora to w krotce Vlredá miáłá záwſtydźić; więc każe Androldowi przybyć.

Scena ſzoſta. Idźie Androldus do Ethelredá, y ze wſzyſtkiego chce ſię exkuzować, lecz milczeć muſi, gdy Ethelredus z rożnych Ewentow poznawſzy go niewinne-

winnego milczeć każe. Namieniwszy tylko sukcesorá, u Senatorow otrzymawszy konsens, ażeby miedzy brácią niebyło dyssensyi, postánawia, ażeby przyszły Krol szczęściem nábył Páństwá. Przyzwala obłudny Ulredus, Senatorowie konfirmują, sam tylko Androldus milczy.

Scena siodma. Przynoszą dwie skrzynie, jednę w ktorey Księgi, drugą w ktorey naydroższe chowano rzeczy, y do elekcyi podają się Bráci. Ulredus drugi Midas, gdy się reflektuje ná one Rodźićielskie słowá: *Vlredus aurô dignior. &c.* Ciężką od złota y drogich kámieni, obiera skrzynię, Androldus záś z Księgámi sobie applikuje drugą. Otwiera Ulredus swoję skrzynię, á obaczywszy skarb wielki, rozumie, że złoto, Krolewskie konferuje berłá. Więc uszczypliwy Arystarchus, wyśmiewa Androldá. Wszákże mieszá się wesele z łámentem, kiedy zá rozkazem Ethelredá Androldus swego probuje szczęścia. Albowiem otworzywszy skrzynię obráną, táki czyta tytuł; Krolestwo Mądrych, y dyploma náznáczáiące Sukcessorá ná Państwo znayduje. Tu już swoimi ślećiámi widząc uwichłánego siebie Ulredus, dopiero zweryfikowane widźi præsagia: *Tuum Regnum in aurô &c. Vlredus aurô dignior &c.* A Androldus Proroctwo Riwaldá prawdźiwe uznawa, *Assimilis Grotiæ &c. Non fies liber &c.* álbowiem przez bibliothekę, honoru dochodźi, y nie jest wolnym dla Ksiąg, powieważ Krolewski honor, jest wielki ćiężar. Wiersz ow od Ulredá rzeczony: *Est major Domino. &c.* Ze Koronę złotą dáje Krolewicowi Bibliotheká, z słowámi samegoż Androldá: *Mihi Tullianum &c.* niechybia prawdy, ponieważ z więźienia ná Tron Androldus wstępuje, y po applauźie wesołey młodźi, od samegoż Oycá Koronę bierze, Ktory wszystkim do wiádomości podáje, iż mądrym, dźiedźicznym práwem, należą krolestwá.

EPILOGUS.

PAllas Nieświńska, wyższym stopniem swoich czcząc Askaniuszow, liczne z Laurow dźwiga Korony, Ktore pod nogi Jáśnie Oświeconego złożywszy Fundátora, hoyność wychwała, godną nieprzeżytych wiekow Korony.

BIBLIOTH: UNIW
JAGELLONICA